# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von August John an August Hermann Francke.

### John, August

### Hameln, 25.11.1713

### Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 79

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238564

1H C 209

80
79

VIR summe Reve-
rende,
Evergeta omni obsequii
cultu Venerande,

Quod facere iussus sum, cum Ita-
lâ proficiscerer, ut de statu re-
rum mearum aliquid significa-
rem: id eo libentius exequor, quo-
niam tot collata in me beneficia

seri-

Scribendi hoc officium iucundissimū mihi multoque dulcissimum reddi- derunt. Cum eô consilio discesserim, ut in ædibus & sub curâ cognati aliquamdiu tantum versarer, & vale- tudini imbecilliori inservirem, eô etiam curas meas ab illo usq; tempore impendi: quibus quantum profecturus sim, id omne summo amori & voluntati sapientissimæ liberatoris mei permitto. Simul atque in spem comodioris valetudi- nis mihi restitutus esse videbor, re- ditum meum maturabo, & ad studia mea me referam: quæ ne frigescerent hic, intercessit summa humanitas Dni Rechteri, prætoris huius urbis, & qui cum illo coniun- ctissime vivit, Dni du Bois, Ministri

Ec-

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ecclesiæ, quæ hic est, Gallicanæ, quorum uterque benevolentia omni librisque, si quos desidero, conatus meos adiuvat. Rogavit D[omi]n[u]s Rechterg, ut, cum literas hasce scriberem, una cum testificatione animi ejus devinctissimi, & residui ex amicitia pristina, nec dum languescentis amoris, exponerem simul desiderium, quo ratione liberorum suorum teneretur. Sunt illi filiolæ duæ tenerrimæ ætatis, de quarum educatione sollicitus, consilium cepit de adsciscenda in familiam honestioris indolis persona, quæ ad pietatem veram teneros animos informaret. Quodsi femina talis ad se mitti posset, & gratissimum sibi fore, indicavit mihi, & honestiori loco in reliqua familia eam habitum iri: simulatque certior futurus esset, adesse, quæ conditionem talem non detrectaret, tum se & de

iti,

itinere, & reliqua, quae opus essent, curaturum. Sperare se, hanc petendi audaciam eo facilius excusatum iri, quo gravior esset cura de salute liberorum, quae se ad hoc ipsum petendum compulisset. Denique, cum ea, quae ad scribendum me impulerint exposuerim; id reliquum esse video, ut porro & precum constantia & pio animi obsequio tot exhibitis mihi beneficiis κατὰ δύναμιν respondeam, maneamque, dum vivam

Maxime Reverendi Nominis Tui

Hamelae, Nov. XXV. cIↄIↄCCXIII.

cultor observantissimus
Augustus John.